



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

Quo[modo] lud[a]eis multa mala accideru[n]t. Cap. XII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

RERVM MEMO. LIB. II.

Comminatus periculum accusatoribus Christianorū.
Quo per diuinam prouidentiam aduersus nostros ele-
menter agente, mox breui tempore in omnem terram
prædicatio diffunditur, conuertuntur innumerae mul-
titudines, & per doctrinam Christi & virtutum mira-
cula ad ecclesias congregantur. Cornelius in Cæsarea,
primus Petro ministrante conuertitur, in Antiochia
quæ plurimi de gentibus credunt. Vbi florentissima cō-
gregatur ecclesia per discipulos sub Stephano in pri-
ma persecutiōe dispersos. In qua etiam erant prophæ-
tici ordinis viri, cum quibus Paulus & Barnabas.

QVOMODO IN ANTIOCHIA

primo Christianum nomen ex
impositione ordina-
rum est.

Caput XI.

Ibi primum discipuli impositio in fonte baptisma-
tis vocabulo, Christiani nuncupantur. ibi & Aga-
bus ex prophetis vnus eorū qui aderant, de fame
futura sub Claudio prophetauit. Tiberius viginti &
duobus annis sedit.

QVOMODO IVDÆIS MVL

ta mala acciderunt.

Caput XII.

INterea Tiberius post viginti & duos annos prin-
cipatus sui moritur. Caius succedit imperio, tradēs
Agrippæ regnum Iudæorum, simul Philippo &
Lisanię & Herodi Tetrarchias, præfato Herodi perpe-
tua deportationis pœna imposita.

HAYMO DE CHRISTIA.

HAYMO.

Circa hoc tempus Iudeis multa accidunt mala, ppter piaculum quod in saluatorem commiserunt, Caio persequente. Ad quem Philo tunc insignissimus scriptor apud Hebræos pro contribulibus suis Iudeis legationem suscipit. Exortam apud Alexandriam seditionem inter Græcos & Iudeos ipse Philo contra Appionem, qui erat ex parte Græcorū, potentissime purgat Iudæorū obiecta, sed spernitur à Caio cum odisset Iudæos Caius, pro eo quod ei neq; aras, neq; templa, neq; imagines faciebant. Erat enim tantę vesaniæ & præsumptionis, vt deum se voluerit appellari. Qui etiam templum sanctę ciuitatis replēs imaginibus & statuis, quod solum intactum à pphanæ religionis contagione fuerat, commutare in templum proprii nominis ausus est, vt proh pudor templum domini, ædes nobilissimę Iouis & noui dei Caii vocaretur. Quæ omnia in suis libris Philo plenius describit, & alias innumeras clades vltra omnes tragicos luctus Iudeis irrogatas esse dicit apud Alexãdriã.

ACTVM TEMPORE TIBERII.

Caput XIII.

At Iosephus mala enumerat, quę apud Hierosolymam eis acciderunt. & quomodo Pilatus in Hierosolymam intulit imagines Cęsarıs. **QVOD PILATVS SE IN MORTEM damnauit. Cap. XIII.**

Per idem tempus cum sic vltio diuina perurget Iudæos, Pilatum quoq; qui in morte Christi iniq; iudicis officio functus est, non sinit esse impuni-